

*Deu maxime timere debent et amare et honorare*

inuocatio vt sit apud deum aduocati pro nobis. et omnis reuerentia que eis impeditur: ppter deū cui sunt cōiuncti exhibetur. Deus autem debet a nobis in immensum timeri honorari et amari. Primo ex consideratione sue omnipotentie et iustitie qua nos iure plenissimo dānare potest et saluare: est summe timendus. Ex hoc enim timore oritur dolor de peccatis: pudor: suspiria: lacrimae: tonsiones pectoris: supplicationes: ieiunia: discipline: peregrinationes: et cetera huiusmodi. Secundo ex consideratione sue sapientie et maiestatis summe est honorandus. Ex hoc namqz honore oritur reuerentio: genu flexiones: incuruationes: prostrationes: orationes: purificationes: cōsecrationes: mundicia sacrorum vasorum. et paramentorum ornatu et decor. festiuitates: celebriates: solennitates luminarum: cantus psalmodie hymnoz lectionum et huiusmodi. Tercio ex consideratione bonitatis et clementie: est infinite amandus. Ex hoc autem amore oriuntur gratiarum actiones: laudes: hymni: benedictōes vota sancta: intensiones et huiusmodi. Item intendere debes vt ex frequentia diuini cultus nomē dei sanctificetur in nobis: et a nobis per sanctitatem vite glorificetur in mundo et crescat in orbe cultus et honor dei. vt cognoscat totus mūndus nos esse clericos vnius veri dei et saluatoris iesu christi: Secundo intendere debes christi mortem memorare: vt supra dictum est. Tercio intendere debes totam ecclesiam iuuare. vt preponas deum orare pro papa cardinalibus patribus archiepis: et generaliter pro omni gradu ecclesie. Pro regibus ducibus: ceterisque nobilibus virginibus viduis orphanis peregrinis captiuis afflictis debilibus infirmis. Et pro omni populo dei etiam pro paganis scismaticis hereticis: vt conuertantur ad deū verū et scē ecclesie vnitatē. Itē in speciali orare debes p aliquibus caris scilz parentibus cōsanguineis amicis benefactoribus et tibi recommissis ac in tua oratione sperantibus. Item singularissime pro teipso. Unde si aliquē predictorum fidelium propter rācorem vel odium excludis vt non sis particeps tantī beneficii. mortaliter peccas agens cum odio diuina mysteria.